



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1858

2220. Die Markgrafen Otto und Hermann fordern Lübeck auf, zur
Beilegung des Zwistes zwischen der Stadt und dem Bischof Burchard,
Gesandte an sie abzufertigen, am 24. Nov. 1299.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56621](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56621)

Babenbergenfis, Mangoldus Herbipolenfis, Heinricus Conftancienfis, Petrus Baflienfis, Emcho Frifingenfis et Wernhardus Patavienfis Ecclefiarum Epifcopi; Illuftres Rudolphus Comes palatinus Reni, dux Bawarie, Rudolfus dux Saxonie, Otto, Hermannus Heinricus, Marchiones Brandenburgenfes, et Heinricus Dux Karinthie; Spectabiles viri Joannes Burggravius de Nuremberch, Burchardus de Hohemberg, Eberhardus de Wirtemberch, Ludwicus de Oetingen etc. — Datum in Nuremberch, anno Domini MCC nonagefimo octauo, XI kalend. Decemb. Ind. XII, Regni vero noſtri anno primo.

König's Cod. dipl. Germ. II, 485. 486.

2220. Die Markgrafen Otto und Hermann fordern Lübeck auf, zur Beilegung des Zwiftes zwifchen der Stadt und dem Biſchof Burchard, Gefandte an ſie abzufertigen, am 24. Nov. 1299.

Otto et Hermannus, Dei gracia brandenburgenfes marchiones, Viris prouidis ac honeſtis, conſulibus, ſcabinis, ſculteto totique uniuerſitati ciuitatis Lubeke cum bone voluntatis affectu ſalutem. Notum vobis (fieri) cupimus litteras per preſentes, quod a domino noſtro Alberto, ſereniſſimo Rege romanorum, diſtrictè recepimus in mandatis, auctoritate ipſius in hoc plena nobis credita et commiſſa, ut diſcordiam et controverſiam inter venerabiles viros Dominum Episcopum et canonicos veſtre ciuitatis, parte una, et vos, parte altera, conplanemus et componamus amicabili unioni; in hiis mandatis dicti domini noſtri alberti regis romanorum nos oportet obedire. Rogamus vos igitur animo diligenti, nichilominus auctoritate nobis commiſſa precipientes, ut poſt receptionem preſentium, ſine dilacione aliqua, aliquos de veſtris conſulibus diſcretioribus in plenitudine poteſtatis pro dicto negotio ad noſtri preſenciam transmittatis, cum quibus medium bonum adinuenire poſſimus ad hanc concordiam ordinandam, dei ſubſidio mediante. Per litteras preſentes ad nos veniendi ad propria redeundi vobis veſtris que comitiuis, pre nobis ac uniuerſis, qui noſtris mandatis obediunt, conductum danus et conferimus penitus liberum et ſecurum. In huius rei euidentis teſtimonium hanc litteram noſtram patentem conſcribi iuſſimus, noſtris ſigillis communitam. Cetera Lator. Datum in caſtris ante villam angrim, anno Domini M^oCC^oXCIX in vigilia Katerine virginis.

Aus der Lübeckſchen Urkundenſammlung I, S. 626. 627.